



SENECAE

LIBRI III EPISTULA 23

3- Hoc ante omnia fac, mi Lucili, disce gaudere. Existimas nunc me detrahere tibi multas voluptates qui fortuita submoveo, qui spes, dulcissima oblectamenta, devitandas existimo? Immo contra nolo tibi unquam deesse laetitiam. Volo illam tibi domi nasci: nascetur, si modo intra te ipsum sit. Ceterae hilaritates non implent pectus, frontem remittunt, leves sunt, nisi forte, tu judicas eum gaudere qui ridet: animus debet esse alacer et fidens et supra omnia erectus. 4- Mihi crede, verum gaudium res severa est. An tu existimas quemquam soluto vultu et ut isti delicati loquuntur, hilariculu, mortem contemnere, paupertati domum aperire, voluptatem tenere sub freno, meditari dolorum patientiam? Haec qui apud se versat, in magno gaudio est, sed parum blando. In huius gaudii possessione esse te volo: numquam deficiet cum semel, unde petatur inveneris... Haec quibus delectatur vulgus tenuem habent atque perfusoriam voluptatem et quodcumque invecticum gaudium est, fundamento caret: hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere, solidum est et quod plus pateat introrsus. 6- Fac, ote, Lucili carissime, quod unum potest praestare felicem, dissice et conculca ista, quae extrinsecus splendent quae tibi promittuntur ab alio vel ex alio: ad verum tuum specta et de tuo gaude...

discere: apprendre
gaudere: se rejouir
detrahere: retirer
fortuitus: fruit du hasard
oblectamentum: divertissement
devitare: éviter
immo contra: bien au contraire
hilaritas: gaîté
remitto: pousser en arrière, détendre
alacer: alerte
fidens: assuré, confiant
erectus: dressé

solutus vultus: visage relâché
delicatus: les précieux
hilariculus: jovial
meditari: s'exercer
blandus: caressant, séduisant
tenuis et perfusorius: mince et superficiel
invecticus: importé
patere: être ouvert
praestare: (nombreux sens, ici :) garantir
conculcare: fouler
dissicare / dissecare: couper
extrinsecus: à l'extérieur

Ubi nasci debet vera laetitia?

Quia ceterae hilaritates leves sunt?

Qui rident et soluto hilariculu vultu semper sunt quid secundum Senecam non facere possunt?

Quibus rebus delectatur vulgus?

Quae dissecanda et conculcanda sunt?

Quid denique faciendum est?